

8644

VIII k. Iul.

bruma¹aeq.²

aeq.

VIII k. Ian.

solstit.

(peripheriae disci quarta pars in quadraginta quinque particulas divisa, quintae cuique particulae adscriptus numerus) I X XX (et sic deinceps usque ad) LXXXX.
(In parte aversa disci)

Italiae	XLII ³	Hispaniae	XXXV
Nasumien. ⁴	XXVIII	Babyloniae	XXXV
Anconis ⁵	XLIV	Illyrici	XXXVII
Galliae	XLVIII	Syriae	XXXVIII
Germaniae	L	Arabiae	XXVIII
Britanniae	LVI	Africae	XLII
Aethiopiae	XXX	Mauretan.	XLS
Aegypti	XXXIII	Bithyniae	XLI

In disco aeneo Crêt-Chatelard (dép. Loire, territorii Segusiavorum ut videtur) rep. (Mémoires des Antiquaires de France vol. 57, 1898 p. 6. 7 tab. I ad imaginem delineatam a Vincentio Durand). Simile instrumentum edidit Baldinius Diss. dell' accademia Etrusca di Cortona 3, 1741 p. 185 (repetiverunt Woepke disquis. circa solar. veter. p. 14 tab. et Durand mém. l. c. tab. II fig. 2). Pertinuisse ad horologium πρὸς πᾶν κλίμα vel ad horologium viatorium, cuius genera horologia memorat Vitruv. 9, 8, 1, coniecit, item quomodo adhiberi debuerit, explicare studuit de la Noë mém. l. c. p. 20 seq. Ut recte adhiberetur, opus erat scire declinationem coeli (latitudinem) uniuscuiusque loci, ideo in parte aversa disci perscripta provinciarum nomina adiecta latitudine. — 1) 'Bruma conficitur circa VIII kal. Ianuar.', Colum. 9, 14. — 2) Aequinoctium. — 3) Urbs Roma a Ptol. geogr. 5, 1, 54 [61] collocatur 41° 40' — 4) Videntur intellegi Nasamones populus Marmaricae, sane mirum eos hic memorari. In instrumento gemello quod edidit Baldinius multo aptius est Narbon. XLIII. — 5) Intellegitur sine dubio Ancona, quam ideo solam urbem inter provincias memorari putat la Noë, quod ibi factum sit horologium. In instrumento gemello est Ancon. XLV. Uterque numerus tam vero quam Ptolemaeano (3, 1, 18 [24]) superior est. Reliquos errores huius enumerationis, item reliquas discrepantias inter hoc exemplum et Baldinianum non persequor, exposuit eas la Noë l. c.

8645 . . [pi]scēs aries taurus ge[mini] . . .
 . . [M]artius Aprilis Maitus¹ Iu[nius] . .

(in parte aversa signa caelestia, adscriptis vocabulis) Andromeda, P[er]seus, auri[ga] (reliqua perierunt).

In fragmento ingentis disci aenei (integer videtur habuisse diametr. metr. 1, 20) reperto prope Salzburg (Oesterr. Jahresh. 5, 1902 tab. V cf. Maass ib. p. 196, Benndorf ib. 6, 1905 p. 34, 35). Pertinuisse ad horologium hibernum eius generis, de quo dicit Vitruvius 9, 8, 8 seq. statuit Rehm Jahreshfte 6, 1903 p. 46. — 1) De hac scriptura (MAIIVS) cf. supra N. 6089 not. 9.